



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

A C T A

Sine cōratione uidet̄ mittere uinctū, & causas eius non si-  
gnificare. Et si quod crimen est in uiro accusent eum. Eo. ca.  
in Act. Sed quid plurib⁹ de his nebulonibus recenseā & eorū  
malefactis ac iniustitia, si probi permanere uoluissent, nō fu-  
issent facti euangelici? Hæc breuib⁹ tota est ueritas. c

C O N C L U S I O XXIII.

Famosus est qui ciuem, incolam, aut quemlibet aliū suis clau-  
sum muris, territorijs, ditionibus, ciuilitatis onera sustinen-  
tem, uel hospitem etiā cuiuscunq; statū & conditionis, nullo  
iuris uigore a suorū bonorū dominio, possessione titulis de-  
pellit, uiolēter quā illorū aufert, furtū, rapina & oppressio,  
nullis unq; uel fidei uel pb̄tatis fucis honestanda excusanda.

Salomon ait Prouerb. iij. Ne moliaris amico tuo malum,  
quum ille in te habeat fidutiā, mortē ego potius oppetiissem,  
quam credidissem, & de ciuitatū rectorib⁹ tale quid fuisset  
suspiciatus, quod in clericis & religiosis factū & infamia eius-  
cemodi uim & iniuriā intulissent, qui multis annorū centen-  
is in prosperis & aduersis eis cōmorati sunt, onera ciuilia porta-  
runt, & omni procul dubio in eorū anxietatibus & angustijs  
cum eis mortem perpessi fuissent, ut sic ab eis omni prorsus iu-  
stitia exclusa, mentem alienassent, factū obfuisent, & sine  
eorum culpa in exilia & Ancyras relegassent. At iste nunc ex  
uentre matris suæ neq; est scelestissimus, nisi quem tate & fi-  
dutiā locata sunt, & nulla hostilitate indicta, nullo suo saluo  
honore plus quā hostis nocet atq; ledit, sub probitatis & ami-  
citiæ palliolo. Quære obsecro ab his ludis Ihesu. Christe ad  
quid uenerint, osculo prodituri.

Hoc peregrino facere prohibentur Exo. xxij. Aduenam  
non contristabis, neq; affliges eum. Deutero. xxiiij. quanto  
minus suis ciuib⁹, incolis, sed & proprijs liberis a se genitis.  
Literas nobis dederunt atq; sigilla, non minus nos defendere  
quam suos ciues, libertates, nocte non uigilandi, bellandi,  
custodiendi. Tutores nobis dederunt Economos &c. nostrā  
utilita

M V R N E R I.

utilitatem promouendi, & dāna nostra præcauendi. Quis est per immortalē deum tam infidus, qui sub hac tanta faciē amicitiae tutelæ &c. quid mali suspicāre potuisset. Quando nos unq̄ dignati sunt uiuere, uina extulimus absq; omni mensura luceos flauos illis decoximus, ius carniū fuluum, quasi met ipse deus adesset. O uos nequā, O uos ludæ proditores, O nebulones perfidi, quā nos turpissime decepistis, centum mille diaboli uobis hos flauos luceos apud inferos benedicāt.

Qui irrogauerit maculā cuiilibet ciuium suorū, sicut fecit, sic fiet ei. Aequū iuditiū sit inter uos, siue peregrin<sup>o</sup> siue cuius peccauerit, quia ego sum dñs deus uester, Leuit. xxiii. Nulla erit distantia personarū. Ita paruū audietis ut magnū, nec accipietis cuiusq; personam, quia dei iuditiū est, Deut. i.

CONCLUSIO XXV.

Famosus cū sit, q̄ nullq; iuris uel forma uel ordine seruato, in personis aut bonis quiddā fecerit iniuriū, facto siue uiolentū, maiore & dupla notat infamia, q̄ post illatā iniuriā cū eiusmodi innocētib<sup>o</sup>, oppressis & expulsis, nulla restitutiōe præuia paciscit, dānose cōcordat, ac aliena bona diuidit atq; partit.

Hæc conclusio nulla indiget probatiōe, sed uniuerso mundo est uera habita, hunc esse scilicet furē, qui mea bona furat, & maximus malefactor & neq; qui nullo iure post facta furta, uenq; cogit de suis met bonis recipere quantū sibi placuerit. Nihil ergo mihi dat. Idem enim est nihil mihi dare & meum dare mihi, Insti. de lega. par. Sed si rem legatā, in prima ablatione efficit fur, in secunda ui retentione raptor.

CONCLUSIO XXVI.

Famosus est & non sine consensu suspitione, q̄ in seditiosos & tumultuantes re male gesta libellis inuectus, depredationes, furta, rapinas nobilibus factas detestatur, clericorū autem siue religiosorū consimiles iniurias neq; in uerbo committitur, quasi in miserabili persona liceat, quod in nobili lege & infamia est prohibitum.